



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Breuiarius Moguntiu[m]

[Straßburg], [ca. 1500]

Jncipit ezechiel propheta.

urn:nbn:de:hbz:466:1-31634

pulus quē elegit in hereditatē
 sibi Hereditas. **R.** Redimet
 dñs populū suū ⁊ līderabit es
 os et veniet et exultabūt ī mō
 te syon. et gaudebūt de bonis
 dñi sup frumētō vīno et oleo.
 Et vltra non esurient. **A.**
 fructu frumentī vīni et oleī sui
 multiplicati sunt. **Et.** **A.**
 facie furoris tui deus contur
 bata est omīs terra sed tu do
 mie miserere. **Et ne** facias cō
 summationem. **T.** Conuerte
 nos deus salutaris noster: et
 auerte iram tuam a nob. **Et.**
F. Fluctus tui sup me transle
 runt et ego dixi expulsus sum
 ab oculis tuis. **P.** Putas vide
 bo templum sanctum tuū. **A.**
 Abyssus vallauit me ⁊ pela
 gus cooperuit caput meum.
P. Putas videbo templum san
 ctum tuum. **A.** Indicabo tū
 bi homo qd sit bonū aut qd
 dominus requirat a te facere
 iudiciū et iusticiā **Et sol.**
 licitum ambulare cuz dō tuo.
S. Spera in dño ⁊ fac bonita
 tem inhabita terram ⁊ pasce
 ris in diuitijs eius: **Et sol.** **R.**
 Genti peccatrici populo ple
 no peccatis. **D.** Miserere domie
 deus. **E.** Esto placabilis sup
 nequicia populī tui. **D.** Miserer
 e civitatem istam tu circū
 da domine et angeli tui custo
 diāt muros eius. **E.** Exaudi do
 mine populum tuum cum mi

sericordia. **R.** Qui regis isra
 el **E.** Exaudi dñe populū tuū
 Qui celoz ⁊ trines thronos et
 abyssos intueris domie rex re
 gum montes ponderas terraz
 palmo cōcludis **E.** Exaudi nos
 deus ī gemitibz nris. **R.** Qui
 regis israel. **E.** Exaudi nos de
 us in gemitibus nostris.

Incipit esechiel propheta:

A. Factum est in tricesi
 mo anno in quarto i qñ
 ta mensis cum essem in medio
 capitūorum iuxta fluiū cho
 bar aperti sunt celi ⁊ vidi vi
 siones dei in quinta mēsis ip
 se est annus quintus transmi
 grationis regis Joachīm. **F.**
 actum est verbum dñi ad **E.** es
 chielem filium Buzi sacerdo
 tem in terra chaldeorum se
 cus flumen Chobar. **Et fas**
 tra est super eum ibi man⁹ do
 mini. **Et vidi:** et ecce ventus
 turbinis veniebat ab aquilo
 ne ⁊ nubes magna ⁊ ignis ins
 uoluens. **Et splendor** in cir
 cuitu eius. et de medio eius
 quasi species electri id est de
 medio ignis. **Et in medio es**
 ius similitudo quattuor ani
 malium: ⁊ hic aspectus eorū.
 Similitudo hominis in eis.
Et quattuor facies vni ⁊ qñ
 tuor penne vni. **Et pedes** eos
 rum pedes recti. ⁊ planta pe
 dis eorum quasi plāta pedis
 vituli et scintille qñ aspectus
 gg iij

eris candentis. et manus ho-
minis sub pennis eorum in quat-
tuor partibus. et facies et pennas
per quattuor partes habebant.
iuncteque erant penne eorum al-
terius ad alterum. Non reuer-
tebantur cum incederent sed unum
quodque ante faciem suam gra-
diebatur. Similitudo autem
vultus eorum facies hominis et fa-
cies leonis a dextris ipsorum qua-
tuor. facies autem bouis a sini-
stris ipsorum quattuor. et facies
aquile desuper ipsorum quattuor:
et facies eorum et penne eorum exte-
re desuper. Due penne singulorum
iungebantur: et due tegebant
corpora eorum. et unumquodque
eorum coram facie suaambu-
labat. Ubi erat impetus spi-
ritus illic gradiebantur nec re-
uertebantur cum ambularent.
Et similitudo animalium et
aspectus eorum quasi carbonum
ignis ardentium et quasi
aspectus lampadarum. Hec
erat visio discurrens in medio
animalium splendor ignis et de
igne fulgur egrediens. et ani-
malia ibant et reuertebantur in
similitudinem fulguris choru-
scantis. Tuncque aspicerent ani-
malia apparuit rota una super ter-
ram iuxta animalia habens
quattuor facies. et aspectus ro-
tarum et opus earum quasi visio
maris. et una similitudo ipsa-
rum quattuor et aspectus earum

et opa quasi sit rota in medio
rote. Per quattuor partes earum
euntes ibant et non reuerte-
bantur cum ambularent. Sta-
tura quoque erat rotis et altitu-
do et horribilis aspectus et ro-
tum corpus oculis plenum in
circuitu ipsarum quattuor. Cum
que ambularent animalia am-
bulabant pariter et rote iuxta
ea. et cum eleuarentur animalia
de terra eleuabantur simul et
rote. Quocumque ibat spiritus
illic eunte spiritu et rote pariter
leuabantur sequentes eum Spiritus
enim vite erat in rotis. cum euntibus ibat et
cum stantibus stabat et cum eleuaretur
a terra pariter eleuabantur et rote
sequentes ea quia spiritus vite erat
in rotis. Et similitudo super ca-
put animalium quasi aspectus
chrysalidis horribilis et exten-
si super capita eorum desuper. Sub
firmamento autem penne eorum
erecte alteri ad alterum. Unum
quodque duabus alis velabat
corpus suum et alterum simile
velabat. Et audiebatur sonus ala-
rum quasi sonus aquarum multarum quasi so-
nus sublimis dei. Cum ambularent
quasi sonus erat multitudinis ut so-
nus castrorum. Tuncque staret
demittebantur penne eorum. Nam
cum fieret vox super firmamen-
tum quod erat super caput eorum
stabant et submittebant alas
suas. et super firmamentum quod
erat imminens capiti eorum

quasi aspectus lapidis saphy-
 ri. similitudo throni et super simi-
 tudinem throni similitudo qua-
 si aspectus hominis desuper.
 Et vidi quasi speciem electri
 velut aspectum ignis intrinse-
 cus eius per circuitum a lumbis
 eius et desuper. et a lumbis eius
 usque deorsum. vidi quasi spem
 ignis splendentis in circuitu.
 velut aspectum arcus cum fu-
 erit in nube in die pluvie. Hic
 erat aspectus splendoris per gy-
 rum. hec visio similitudinis glo-
 rie domini. et vidi et cecidi in
 faciem meam et audiui voces
 loquentis. et dixit ad me. Fi-
 li hominis sta super pedes tuos
 et loquar tecum. Et ingressus est
 in me spiritus postquam locutus
 est mihi. et statuit me supra pe-
 des meos et audiui loquentem
 ad me et dicentem. Fili homi-
 nis mitto ego te ad filios israel:
 ad gentes apostatras que re-
 cesserunt a me. Patres eorum
 peruerunt sunt pactum meum
 usque ad diem hanc. et filii du-
 ra facie et indomabili corde
 sunt ad quos ego mitto te. et
 dices ad eos. Hec dicit dominus
 deus. si forte vel ipsi audiant:
 et si forte quiescant quoniam domus
 exasperans est. et scient quod pro-
 pheta fuit in medio eorum. Tu
 ergo fili hominis ne timeas
 eos neque sermones eorum me-
 tuas quoniam increduli et subuer-
 sores sunt tecum et cum scorpi-
 onibus habitas. Verba eorum
 ne timeas et vultus eorum ne for-
 mides quia domus exasperans
 est. Loqueris ergo verba mea
 ad eos si forte audiant et qui-
 escant quoniam irritatores sunt. tu
 autem fili hominis audi quecum-
 que loquor ad te noli esse exaspe-
 rans sicut domus exasperans
 est. Aperi os tuum et comede
 quecumque ego do tibi. et vidi:
 et ecce manus missa ad me in
 qua erat involutus liber: et ex-
 pandit illum coram me qui erat
 scriptus intus et foris et scrip-
 te erant in eo lamentationes et
 carmen et ve. et dixit ad me Fi-
 li hominis quodcumque inuen-
 ris comede. Comede volumine
 istud et vadens loquere ad fi-
 lios israel. et aperui os meum
 et cibavit me volumine illo. et
 dixit ad me. Fili hominis ven-
 ter tuus comedet et viscera tua
 complebuntur volumine isto quod
 ego do tibi. et comedi illud et
 factum est in ore meo sicut mel
 dulce. et dixit ad me. Fili ho-
 minis vade ad domum israel
 et loqueris verba mea ad eos.
 Non enim ad populum profundi
 sermonis et ignote lingue
 tu mitteris ad domum israel
 neque ad populos multos pro-
 fundi sermonis et ignote lingue
 quorum non possis audire ser-
 mones: et si ad illos mitteris

ipſi audirent te. Domus autē
iſrael nolūt audire te quia no-
lunt audire me. Omnis quippe
domus iſrael attrita fronte
eſt et duro cordē. Ecce dedi fa-
ciem tuam valentioſam facie-
bus eorum et frontem tuā du-
riorem frontibus eorum ut ada-
mantem et ut ſilicem dedi fa-
ciem tuā. Ne timeas eos ne-
que metuas a facie eorum quia
domus exasperans eſt. et dixit
ad me. Fili hominis omnes
ſermones meos quos ego lo-
quor ad te aſſume in corde tuo
et auribus tuis audi et vade in-
gredere ad filios populi mei.
et loqueris ad eos et dices eis:
Hec dicit dominus deus. Si
forte audiant et quieſcant. Et
aſſumpſit me ſpiritus et audi-
ui poſt me vocem cōmōtionis
magne benedicta gloria do-
mini de loco ſuo et vocem ala-
rum animalium percutientium
alteram ad alteram et vocē ro-
tariū ſequentium animalia et
vocē cōmōtionis magne. Spi-
ritus quoque leuauit me et aſſū-
pſit me et abij amarus in indig-
natione ſpiritus mei. **Dauid**
enim dñi erat confortās me.
Et veni ad tranſmigrationes
ad aceruum nouarum frugum
ad eos qui habitabant iuxta
flumen Chobar. et ſedi vbi il-
li ſedebant. et manſi ibi ſeptem
diebus merens in medio eorum

Tum autē pertranſſerunt ſeptem
dies factum eſt verbum domi-
ni ad me dicens. Fili hominis
ſpeculatoſum dedi te domui
iſrael. et audies de ore meo ver-
bum et annūciabis eis et me
Si dicente me ad impiū mor-
te morieris. non annūciaue-
ris ei. neque locutus fueris ut a-
uertatur a via ſua impia et vi-
uat. ipſe impius in iniquitate
ſua morietur. Sanguinem autē
eius de manu tua requiram.
Si autē tu annūciaueris im-
pio et ille non fuerit conuerſus
ab impietate ſua: et a via ſua
impia. Ipſe quidem in imple-
tate ſua morietur: tu autē ani-
mam tuam liberaſti. Sed et
ſi conuerſus iuſtus a iuſticia
ſua fuerit et fecerit iniquitatem
ponam offendiculum coram eo
Ipſe morietur quia non annūci-
aſti ei. In peccato ſuo morietur
et non erit in memoria iu-
ſticie eius quas fecit. Sanguinem
vero eius de manu tua re-
quiram. Si autē tu annūci-
aueris iuſto ut non peccet in-
iſtus et ille non peccauerit. vi-
uens viuet quia annūciaſti
ei: et tu animam tuam libera-
ſti. Et facta eſt ſuper me ma-
nus dñi et dixit ad me. Sur-
gens egredere in campum: et
ibi loquar tecum. Et ſurgens
egreſſus ſum in campum: et ec-
ce ibi gloria dñi ſtabat quali

gloria quas vidi iuxta fluvium
 Chobar. et cecidi in facie me
 am. Et ingressus est in me sp
 ritus et statuit me super pedes
 meos et locutus est mihi et di
 xit ad me. Ingredere et inclu
 dere in medio domus tue. Et
 tu filii hominis ecce data sunt
 supra vincula et ligabunt te in
 eis et non egredieris in medio
 eorum. et linguam tuam adhe
 rere faciam palato tuo: et eris
 mutus. nec quasi vir obiurgas
 quod domus exasperas est. Tunc
 aut locutus fuero tibi aperias
 os tuum et dices ad eos. Hec
 dicit dominus deus. Qui audit au
 diat: et qui quiescit quiescat.
 quod domus exasperans est. Hec
 dicit dominus convertimini
 ad me et salvi eritis. Deo g.
Incipit Daniel propheta Et
nota in fine lectio dicitur
 Tu autem domine mi. et non
 Hec dicit dominus deus.
Lectio. Danielis pbe.
Anno tercio regni Joa
 achim regis Judayenit
 Nabuchodonosor rex Babi
 lonis Hierusalem: et obsedit
 eam: et tradidit dominus in
 manu eius Joachim regem
 iude et partem vasorum do
 mus dei: et asportavit ea in
 terram Sennaar in domum
 dei sui. et vasa intulit in do
 mum thesauri dei sui. et ait
 rex Affenes preposito eunu

chorum ut introduceret de fi
 liis israel et de semine regio et
 tyrannorum pueros in quibus
 nulla esset macula: decoros for
 ma et eruditos omni sapien
 tia: cautos scientia: et doctos
 disciplina: et qui possent stare
 in palatio regis ut doceret eos
 litteras et linguam Chalde
 orum. et constituit eis rex an
 nonam per singulos dies de
 cibis suis et vino unde bibe
 bant ipse ut enutriti tribus an
 nis postea starent in conspe
 ctu regis. Fuerunt ergo inter
 eos de filiis iude Daniel A
 naniaz Disabel et Azarias.
 et imposuit eis prepositus eu
 nuchorum nomina Danieli:
 Balthasar Ananie Sydrach
 Disabeli Disac et Azarie
 abdenago. Proposuit autem
 Daniel in corde suo ne pollue
 retur de mensa regis neque de
 vino potus eius. et rogavit
 eunuchorum prepositum: ne
 contaminaretur. Dedit autem
 deus Danieli gratiam et mi
 sericordiam in conspectu prin
 cipis eunuchorum. et ait prin
 ceps eunuchorum ad Danie
 lem: Timeo ego dominum me
 um regem qui constituit vo
 bis cibum et potum: Qui si
 viderit vultus vestros maci
 lentiores pre ceteris adolescen
 tibus coevis vestris condem
 nabitis caput meum regi. et